

E libris

**gymnasio Mauritianio Magdeburgensi**

a venerabili

**Carolo Funk**

theol. doctore et gymnasii directore

**a. 1857 hereditate relictis.**

*G. o. 657.*

6

DIATRIBE IN FRAGMENTA  
**GEOGRAPHICORVM**  
**ERATOSTHENIS**

CIVIS PARTICVLAM PRIMAM  
AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM

O R D I N I S

A D

DOCTORIS PHILOSOPHIAE ET ARTIVM  
LIBERALIVM MAGISTRI DIGNITATEM

OBTINENDAM

PUBLICE


DIE 31 MARTII CLO IO CC LXX.

DEFENDET

L A V R E N T I V S A N C H E R

HAFNIA - DANUS

DECANVS COMMVNITATIS REGIAE HAFNIENSIS.



G O E T T I N G A E

LITERIS IOANNIS ALBERTI BARMEIERI.

DATUM IN TRANSPORTATIONE  
GEOGRAPHICVM  
ERASTOTENIS

CIVIS MARITIMI LITERARVM  
AUTORITATE UNIVERSITATIS SCHOLARVM  
ORBIS

DECORIS PHILOSOPHICIS ET ARTIVIS  
INTERIUS MAGISTRIS DECORATIUM

Die A. MART. 1710 ECCLX

HARANTIA ANNO

HARANTIA - PARIS

EDIDIT GREGORIUS COMMISSARIUS ROMANUS

COSETTINUS

PETRUS IOACHIMUS ARISTOTELIS MATHIAS



§. 1.

**Eratosthenes ille,** <sup>1)</sup> cui patria fuit Cyrene, <sup>2)</sup> natus est  
Olympiade CXXVIIa. <sup>1)</sup> De patre eius non satis inter-  
se consentiunt antiqui. Aglaum enim appellat Lucia-  
nus, <sup>4)</sup> Agaclem, si mendo carent Codices, Stephanus  
Byzantinus, <sup>5)</sup> Suidas <sup>6)</sup> vero, (qvo autore, nescio) ab aliis Aglaum  
vocari

A 2

1) Alii etiam inveniuntur huic Cyrenae cognomines. Inter triginta tyrannos,  
qui à Lysandro Athenis prefeci fuere, Eratostenem quendam nominat XE-  
NOPHON Rer. Græc. L. 2. p. 461. Edit. Leunclav. Nec non alius ejusdem  
nomini poeta, epigrammatum nonnullorum conditor, sub Justiniano impera-  
tore floruit, de quo vid. FABRIC. Bibl. Gr. Vol. 3, L. 3. C. 28. p. 716.

2) Vid. SUID. v. Ερατοσθηνες, STEPH. BYZ. v. Κυρηνη, STRABO L. 17. p. 838.

3) Vid. SUID. l. c. Anno huius Olympiadis primo nativitatem illius assignant Voss.  
SIUS de Hisfor. Græcis, L. 1. C. 17., CORSINUS ad Plutarch. de Placit. Phi-  
losoph. in Prolegg. p. xxx., et FABRIC. Bibl. Gr. Vol. 2. L. 3. C. 18. sed  
sola, ni fallor, conjectura duobi; Suidas enim annum Olympiadis in medio re-  
linquit. EUSEBIUS in Chron. Eratostenem ad Olymp. CXLI, 3. memorat.

4) In MACROB. circa finem.

5) V. Κυρηνη. --- Ερατοσθηνες, Αγαλλιης παις, ὁ ισοχικος.

6) SUID. l. c. Ερατοσθηνες, Αγαλλης, ο δι, Αμβροσιος, Κυρηνηος &c.

vocari tradit, ab aliis Ambrosium. In patria sua præceptoribus usus est Lysania <sup>7</sup>), et Callimacho, qvorum alter inter grammaticos, alter etiam inter poetas locum meretur haud insimum. Athenas <sup>8</sup>), si Straboni credimus, juvenis admodum profectus, primo Zenonis <sup>9</sup>), post ejus vero mortem

7) **SUID.** I. c. Εραστοδένης . . . Μεθετος Θιλωσφις Αγιστανος Χια, γεωμετρικη δε Λυσανη τη Κυρηναι, καη Καλλιμαχη τη ποντια. Lysaniam hunc, Eratosthenis magistrum, eundem tunc cum illo Aeschronis filio, quem de Diogeno Cynico egiſe docet LAERTIUS L. VI. C. 2. n. III. nee non cum illo Cyrenaeo, qui ab Athenaeo commemoratur L. XI. 15. (ubi corrupte legitur Δυσανια) et teste eodem L. VII. 15. et L. XIV. πιει λαμβανον σcriptum compofitum, haud sine veri quadam specie contendit IONSIUS de Script. Hist. Philos. L. 2. C. 2. p. 123.

8) **STRABO** L. I. p. 15. Ετι δ' ὁ Εραστοδένης ευχετηρίας έτας επικατατροχάτος, οὗτος μηδ' Αθηνας αὐτον ιδει φασκει, επει Πολεμων επιχειρει δειπνουν. Fecit hoc sine dubio Polemon in libro illo πει Ιος Αθηνην Εραστοδένης επιδημιας, quem citat Schol. Aristophanis ad Aves. v. II. Idem etiam, ni fallor, Polemoni scriptum reficiunt Hesychius, forsitan e Schol. Aristoph. I. c. emendandus, qui in v. Βιηφι Polemonem ον Εραστοδένης αποδημια, et Harpocrat., qui in v. Αζονες eundem ει Ιος πει Εραστοδένης testem adducit, nee non Schol. Sophoclis, qui ad Οδης. Επ. Καλ. v. 502. ex hoc Polemonει πει Εραστοδένη fragmentum nobis servavit haud contemnendum. Quid si e paucis illis, quæ II. cc. adducuntur, fragmentis judicare licet, crediderim fore, ab erroribus illis, quæ forte circa res Atticas in Scriptis suis committerat Eratosthenes, argumenta opinionei sive petitiæ Polemonem, quam suspicionei firmare videtur Schol. Apollonii Rhodii ad Argon. L. 4. v. 280. coll. e. Harpocrat. in v. Αζονες. Cuinam vero Polemoni hoc tribuendum sit scriptum, licet pro certo affirmare non ausim, in illum tamen cadit suspicio, qui magistrum habuit Aristophanem Byzantinum, Eratosthenis discipulum, et Periegete nomine ornatur, de quo vid. Vossius de Hist. Gr. L. I. C. XVIII. p. 119 - 121.

9) **STRABO** L. I. p. 15. Εγ αλιας γηρ ταις αποφασεσι Ιανταις ικανη μεθιστειαν γραφαις (Ι. c. ο Εραστοδένης) Ιοις ιαντη γραμμις· ει Ιοι Ζηνονος Ιοι Κιτινος γραμμιος γενικεσσος Αθηνης, Ιοι μετεικεν διαδεξασται ειδιος μεμνηται· Ιοις δ' επεινη διερχεσθαις, καη ω διαδοχη υδραια συσται, Ιοται αυθης φοι κατα Ιοι καιρον επειν. Verba illa: ει Ιοι Ζηνονος Ιοι Κιτινος γενικος γραμμιος Αθηνης δε., a Xylandro minus recte verfa, e perpetuo Strabonis aliorumque scriptorum usu ita accipienda mihi videntur, ut, Zenonis discipulum fuisse Eratosthenem, tradat Strabo. Nihil quoque prohibet, quomodo mihi per breve saltem tempus Zenonem audire potuerit; vix enim ante Olymp. CXXXI. 2. fato funditus est Zeno. Vid. DODWELLI Dissert. de Diæarcho, Vol. Illo Geograph. Minor. Hudsoni præfixa.

mortem demum Aristonis Chii<sup>10)</sup> disciplinæ se tradidisse videtur. Hinc à Ptolemæo tertio<sup>11)</sup>, cui Euergetæ cognomen erat, adeoque inter Olymp. CXXXII, et CXL, Alexandriam arcellitus bibliothecæ regiæ diu cum laude præfuit. Denique, regnante Ptolemæo Epiphane, heberatis senectute et assida nimis lectione oculis, vita pertusus, inediâ mortem sibi concivit<sup>12)</sup>, postquam annos octoginta duos vel saltem octoginta vivendo expleverat<sup>13)</sup>. Quam multipli variaque doctrina instructus fuerit Eratosthenes, satis evincunt plurimam illius, quibus totum sere scientiarum ambitum complexus est, scripta<sup>14)</sup>. Qvorum omnium, si Casterismos<sup>15)</sup> excipias, nihil præter fragmenta quædam apud varios scriptores

10) Vid. SUID. v. Ερατοσθηνος et ATHENÆUS L. VII. C. 6. Qui Aristonem Cium floicum, cum Aristotleo peripatetico haud confundendum, propius cognoscere cupiunt, adeant scriptores laudatos a FABRICIO Biblioth. Græc. Vol. 3. L. 3. C. XV. p. 390.

11) SUID. I. c. Μετεπεμφθη δε εξ Αθηνων ὧπο τις Πτολεμαιος, καὶ διετριψε μεχρι τις πεμπτε.

12) SUID. I. c. Καὶ ετελευτησεν π' ετων γεγονως<sup>\*</sup> αποχορευος Τεοφῆς δια το αμβλυωττειν. Forsan autem dubium aliquod e silentio Censorini de Die Natali C. XV. contra hanc Suidæ narrationem formari poterit.

13) Annos octoginta duos Eratosthenus tribuit Lucianus Μάκρεος. circa finem. At vero CENSORINUS de Die Natali Cap. XV. „Cum, inquit, in Te animi „potius quam corporis naturam sciām dominari: eosque viros, qui tales fuerunt, „non prius vita excessisse, quam ad annum illum octogesimum et unum perver- „nerint, in quo Plato finem vitæ et legitimū esse existimavit et habuit. . . . „Eratosthenes quoque ille orbis terrarum censor, et Xenocrates platonicus, ve- „teris academiae princeps, ad eundem annum vixerunt.“ Aperte fatis, ni fallor innunt hæc verba, anno etatis octogesimo expleto, anno demum octogesimo primo deceßisse Eratosthenem, quam interpretationem etiam admittunt verba Suidæ I. c.

14) Horum Catalogum, licet non in omnibus satis accuratum, tamen reliquis ac- curatiore dedit FABRICIUS Biblioth. Gr. L. 3. C. 18.

15) Καταστρομενος Eratosthenis primus ex unico Codice vulgavit, et Arato suo sub- jecit, JOH. FELLUS, Oxonia. 1672. 8.

scriptores dispersa, reliqui nobis fecit edax librorum tempus. Optarem eqvidem, omnia egregii hujus viri opera adhuc integra superesse, at pauca tamen sunt, qvorum jacturam et que doleo, ac Librorum ejus Geographicorum. Horum igitur fragmenta Dissertationibus nonnullis in ordinem redigere, et, ubi opus visum fuerit, illustrare conabor, ipsa qvoque, qvotquot reperi potui, fragmenta, si eruditis hunc meum laborem haud displicere intellexero, aliquando in lucem editurus.

## §. 2.

Opus hoc Eratosthenicum sub nomine Γεωγραφικων<sup>16)</sup>, vel Γεωγραφημενων<sup>17)</sup>, vel denique Γεωγραφιας<sup>18)</sup> citari solet apud antiquos. In tres tantum libros divisum fuisse, cum a nemine plures afferantur, vero mihi videatur simillimum. Libro primo, quoad e fragmentis colligere datur, post brevem qvandam geographiae ad sua usqve tempora historiam ad geographiam transiit mathematicam, qvae non modo reliquum libri primi, sed totum etiam librum secundum occupat. Tertio denique geographiam complexus est proprie sic dictam. Non possum autem, qvin, anteqvam ulterius progrediar, plagii crimen, cuius Eratostenem

reum

16) STRABO L. I. p. 29. Ταυτα μεν δη εν αρχῃ ίε πρωτε των Γεωγραφικων εργημενα. L. II. p. 67. Εν δε ίω Ιωτῳ των Γεωγραφικων. Schol. Apoll. ton Rhod. ad Argon. L. 4. v. 259. Το αυτο ιας Ερατοθενης εν γ' Γεωγραφικων Φησι. v. 284. Ερατοθενης δε εν Ιωτῳ Γεωγραφικων. v. 310. Ερατοθενης εν γ' Γεωγραφικων.

17) Autor Vitae Arati a Petavio editæ in Uranologie. p. 269. Ωστερ Ερατοθενης Φησιν εν ίω πρωτῳ Γεωγραφημενων. Steph. Byzant. v. Διοφάνχιου. Ερατοθενης γ' Γεωγραφημενων. Schol. Apollon. Rhod. ad Argon. L. 4. v. 1215. Ερατοθενης εν γ' Γεωγραφημενων Φησι.

18) Schol. Apollon. ad L. 4. v. 131. Μνημονένες Ερατοθενης εν Γεωγραφικ.

reum egit Marcianus Heracleota<sup>19)</sup>, quasi librum qvendam Timothenis paucis tantum adjectis, totum ferme transcriperit, ab illo amoliar. Sufficit, ut puto, ad Eratosthenem defendendum Strabonis autoritas, qvi<sup>20)</sup> furtum hoc non silentio præterit modo, sed refellit etiam, dum, hunc Nostrum a Timotheno plurimis in rebus dissentire, affimat; cujus testimonii eo major erit vis, si, qvod suspicor<sup>21)</sup>, liber ille περὶ Λιμενῶν idem fuerit cum libro περὶ Νῆσων. Ulteriore de Scriptoribus, qvorum autoritatem in Geographia sua præcipue fecutus est Eratosthenes, disquisitionem ad initium Libri ejus tertii rejicio.

## §. 3.

19) p. 64. Vol. 1. Geogr. Min. Hudsoni. Ερατοθενης δε ὁ Κυρηναῖος, εἰδὼ τι πάθων, τὸ Τιμοθεντικό μετεγράψει βιβλιον, βραχεῖα ίνα προσθεῖσαι ἃς μηδὲ τὰ προοιμία τὸ μηγμονεύθεντος αποχεδαῖ, αλλὰ αυταῖς λεξεσι οἷμενο τὰ οικεῖα προσθεῖναι συγγραμματος. Libros Timothenis decem περὶ Νήσων, de quibus in antecedentibus sermo est, a Marciano innui, vix, opinor, negabit, qui præcedentia attente perlegerit.

20) L. 2 p. 92. Εσίδε ίστοτὸ ίων ἀμερτανομενων εν αυτοις ὑπὸ τοῦ Ερατοθεντος κληθός, οὐαὶ ετι Τιμοθενες τὰ ταῦ Λιμενας συγγράψαντος (όν επιώνει μεν εκείνος μαλισα των αὖλων διαφωνων δ' ελεγχεται προς αυτον πλεισα) ὡς ει αξιον ηγεμαν διατάχη &c.

21) Rationes, quae mihi suspicioneone hanc, quam tamen pro veritate certa venditare non ausim, injiciunt, has accipe. Marcianus Scriptum περὶ Νῆσων ita laudare videtur, quasi inter opera Timothenis foret primarium, nec tamen alibi, qvod si iam, ejus sit mentio. STRABO L. 2. p. 92. L. 9. p. 421. Timothenem hoc, tanquam ab Opere illius principi ducto, ornat epitheto ὁ τοῦ Λιμενας συγγράψας καὶ τονταζός, unde vero haud videtur simile, Marcianum, qui omnia ejus scripta Geographica recensere voluisse videtur, hoc, nisi idem esset cum scripto περὶ Νῆσων, omisssorum suisse. Denique utrumque numero pares, decem nimirum, complectuntur libros. Vid. MARCIAN. p. 64. STRABO L. 9. p. 421. Forsitan etiam AGATHEMERUS L. I. C. 2. p. 5. Vol. 2. Geogr. Min. Hudsoni, ubi: Τιμοθενης δε, inquit, ὁ γράψας τοῦ Περιπλετος, δωδεκα φησι (i.e. τος αυτων), idem respicit Opus.

§. 3.

Inter omnia, quæ quidem reperire potui, libri primi fragmenta, primo loco ponendum mihi videtur illud, quod ex initio geographicæ Eratosthenis adducit Strabo <sup>22)</sup>:

## E LIBRO I.

## Fragm. I.

Μικρὸν γαρ προτὶς λεχθείσης αποφασεως, αρχομενος τὸ περὶ τῆς γεωγραφίας λογγ., Φησιν (sc. δέ Ερατοθενῆς) ἀπανταξιαταρχας Φιλοτιμως εχειν, εἰς το μεσον φερειν τὴν ὑπερ τῶν τοιετῶν (de rebus geographicis) ἰσοριαν. Ομηρον γενν ὑπερ τε τῶν Αιθιοπων ὅσα επιθετο καταχωρισμ<sup>23)</sup> αις την ποιησιν, καὶ περι τῶν κατ' Αιγυπτου καὶ Λιβυην· τὰ δὲ δὴ κατα την Ελλαδα καὶ τὰς συνεγγυς τοπες, καὶ λιαν περιεργως εξενηνοχεναι, πολυτρηρωνα μεν την Θισβην <sup>24)</sup> λεγοντα, 'Αλιαρτον δε ποιηντα <sup>25)</sup>, εχατοωσαν δε Ανθηδονα <sup>26)</sup>, Λιλαιαν δε πηγης επι Κηφισσοιο <sup>27)</sup>, καὶ 8δεμιαν προφηκην κενως αποδοριπτειν.

Homerum, αρχηγετην, ut loquitur Strabo <sup>28)</sup>, ήτις γεωγραφικης εμπειριας fuisse, eique adeo primum inter geographos locum deferendum esse, putarunt antiquorum plerique. Longe alia vero fuit hac de re Eratosthenis sententia, ut satis ostendunt verba ipsius, quæ ex Apollodoro protulit Strabo <sup>29)</sup>.

## Fragm.

22) L. 1. p. 16.

23) Ita legendum esse recte monuit ad h. l. ΣΑΤΑΥΒΟΝΙΣ, quem vide.

24) Homer, l. B. v. 502.

25) l. c. v. 503.

26) l. c. v. 508.

27) l. c. v. 523.

28) L. 1. p. 2.

Καὶ πρωτὸν ὅτι ορθως ὑπειληφαμεν καὶ ἡμεις, καὶ οἱ προ-

ἡμῶν, ὡν εἰς καὶ Ἰππαρχος,

αρχηγετην ειναὶ ήτις γεωγραφικης εμπειριας

Ομηρον.

29) L. 7. p. 298.

## Fragm. II.

Α δ' Απόλλοδωρος εν τῷ δευτερῷ περὶ νεων προοιμίῳ μενενος αρηκεν, ηνια λεγοιτ' αι. επαινει γαρ Ερατοθενες αποφασιν· διτι Φησιν εκεινος, και Ομηρον και αλλας τας παλαιας, τα μεν Ελληνικα αδεναι, των δε πορρω πολλην εχαιν απειριαν<sup>10)</sup>. απειρης μεν μαικρων οδων οντας, απαιρης δε τας ναυτιλειας.

Hanc suam opinionem probaturus, de omnibus poetis pronunciavit, quod non nisi cum limitatione quadam verum est:

## Fragm. III.

Οτι ποιητης πας σοχαζεται ψυχαγωγιας, & διδασκαλιας<sup>11)</sup>.

Immo

30) Duo illa, que jam attuli, Eratosthenis fragmenta respicit STRABO L. I. p. 18. ubi dicit: Αλλ' εδει τα συνεγγυς μονον, ώπερ Ερατοθενης ειρηνε, και τα εν Ιωις Ελληνοι, αλλα και των πορρω πολλα λεγει δι απριβειας Ομηρος. Ante oculos etiam habuit APOLLODORUS Libro de Nauibus, qui apud STRABONEM L. 7. p. 298. Ομηρον, inquit, Ιην μεν Ανιδαναλειν πετρησσαν, ώπερ και εσι πολυνησου δε Ιου Ετεωνον, πολυτρηρανα δε Ιην Θισβην, ποιηντα δε Ιου Αλικρτον· τα δ' απωθειν ετι αυτον ειδενας, ετε τας αλλας.

31) STRABO, L. I. pag. 7. Όυδε γαρ αληθες εσιν, ο φησιν Ερατοθενης, διτι ποιητης πας σοχαζεται ψυχαγωγιας, & διδασκαλιας χαριν. p. 15. Ποιητην γαρ εφη παντα σοχαζεται ψυχαγωγιας, & διδασκαλιας. p. 16. Ουκιν εχρη γετως ειπειν, διτι ποιητης (πας παντας,) τα μεν ψυχαγωγιας χαριν μονον ειφερει, τα δε διδασκαλιας ο διπηνεγκει διτι ψυχαγωγιας μονον, διδασκαλιας δ' ε. His tribus locis Strabonis inter se comparatis, que proposui, ipsa Eratosthenis verba esse crediderim. Eratosthenem imitatus est Agatharchides de Rubro Mari. p. 12. Vol.

Immo eo usque progressus est, ut assereret, poeta minime necessarium esse magnum eruditionis apparatus, quod ex sequenti fragmento patet, ubi interrogat:

## Fragm. IV.

Τι συμβαλλεται προς αρετην ποιητα, πολλων υπαρξαι τοπων εμπαιρου, η δρατηγιας, η γεωργιας, η θητορικης, η οια δη περιποιειν αυτω τινες εβληθησαν<sup>12)</sup>.

Nec mirum igitur, si de fabulis Homericis aliam plane soverit sententiam, quam quidem interpretum plerique; nullam enim subesse veritatem historicam, sed omnia ficta putabat, unde jussit etiam:

## Fragm. V.

Μη κριναι προς την διανοιαν τα ποιηματα, μηδ ισοριαν απ' αυτων ζηται<sup>13)</sup>: Poemata Homeri non ita diu-

dicare,

Vol. I. Geogr. Min. Hudsoni: Ουδε οις αλλες ( sc. ποιητας ) εις επιτημησιν αγω, δισπουναις εν τοις δραμασι χρωμεναις αδυνατοις, οτι πας ποιητης Φυχαγωγικης η αληθειας ειι σοχχετης.

32) STRABO L. I. p. 16. Cum autem in fine huius paginæ dicat Strabo: Εκεινα δεν ορθως ( sc. λεγεις ο Ερατοθενες ) αφιερμενος αυτον ήνη τοις αγωνισμασιν, ουκ την ποιητικη γραδημυθολογιαν αποφαινων, η δεδοται πλαττειν, Οησιν, ο αν αυτη Φαινηται Φυχαγωγιας οπειον, non sententiam ipsius Eratosthenis, sed, quam e duobus illis modo allatis fragmentis fluere putabat, consequentiam proponere mihi videtur; vix enim adduci possum, ut eum Caelio Rhodigino Lect. Antiqu. L. 4. C. 1. pag. 156. credam, ab Eratostheni, qui ipse poeta fuit, poetice anile quoddam fabulamentum appellatum fuisse. Eadem etiam verba respexit STRABO L. I. p. 22. ubi: Προς δε, inquit, ήνη προτερον ( sc. αποφασιν απηντησει ειν ειν ο Ερατοθενες ) ποιητην τε άπαντα αποφηνεις φλυζουν, ουκ μητε τοπων εμπειριαν μητε τεχνων προμητην ποιητη (ita legendum recte monuit ad h. l. Casaubonus) συντεινειν νοιουσι.

33) STRABO L. I. p. 25. Obscura nimis est hoc loco Xylandri versio: "fecus quam Eratostheni visum qui negat deberi de sententia poete judicium fieri, neque in poematibus queri vult historiam ullam."

dicare, quasi verus aliquis iis subesset sensus, nec historiam in illis  
quædere.

Hinc omnia illa, quæ ab Homero in descriptione errorum Ulyssis  
commemorantur, loca ab ipso facta esse pronuntiabat, ut satis ostendunt  
ipſa, quæ nobis a Strabone <sup>34)</sup> servata sunt, Eratosthenis verba:

*Fragm. VI.*

Των τε μυθων, των μεν εν τοποις μη <sup>35)</sup> πεπλασ-  
μενοις πεφημισμενων, διου εν Ιλιῳ και Πηλιῳ και  
Ιδῃ, των δε εν πεπλασμενοις, καθαπέρ εν δις αἱ Γορ-  
γουες, η ὁ Γηρυονης, ταυτης Φησι (sc. Ερατοθενης)  
της ιδεας αναι και τας κατα την Οδυσσεως πλανην  
λεγομενας <sup>36)</sup> τας δε μη πεπλασθαι λεγοντας, αλλ' ὑπο-  
κινθαι, εξ αυτω τα μη συμφωναν ελεγχεθαι ψευ-  
δομενας <sup>37)</sup> τας γγν Σαρηνας τας μεν επι της Πελωρια-  
δος <sup>38)</sup> καθιδραν, τας δε επι των Σαρηνων <sup>39)</sup> πλαις  
η δικιλιας διεχθεσαν καδιεις. αιναι δ' αυτας σκοπελον

B 2

ΤΟΙΧΟ-

34) L. r. p. 22.

35) Omiserunt hanc voculam, incuria, ni fallor, typographorum, nonnullæ edi-  
tiones Strabonis, quam tamen abesse nou posse satis ipse docet contextus, ex-  
pressit etiam versio Xylandri.

36) SERVIUS ad Aeneidos L. 5. v. 864. „Sirenes secundum fabulam parte vir-  
gines fuerunt, parte volvures, Acheloi fluminis et Calliopes Muīe filiae. Ha-  
rum una voce, altera tibiis, tertia lyra canebat: et primo juxta Pelorum, post  
in Caphareis (legendum est, ni fallor, Capreis) intulis habitaverunt.“ Hinc  
Ausonius in Gripho ternarii numeri: „Trisin Trinacria Siredones, omniaterna.“

37) Eratosthenes per Σειρηνεσας non insulas quasdam, sed ipsum, me judge, Mi-  
nerva promontorium intellexit; dilinatio enim duorum siuum, promontorio  
melius

τρικορυφου, διαιργούντα τον Κυμαιον παγ Ποσειδωνιατην κολπου.

Omnia enim illa circa Siciliam et Italiam loca, quae ab Homero intendi putant interpres, ipsi, si Eratostheni credimus, plane fuerunt ignota, immo ne propositum quidem illi fuit locis notis errores Ulyssis assingere.

Fragm.

melius quam insulis tribuitur. Strabonis etiam verba L. I. p. 13. Αλλ' ὅτι εν τετρῳ τῷ κολπῷ τῷ ὑπὸ Ερατοσθενες λεχθεντὶ Κυμαιῃ, ὃν ποιουσιν αἱ Σειρηνίδαι (ex opinione scilicet Eratosthenis, ipse enim Strabo alia sentit) καὶ η Νεαπόλις οἰδηταὶ &c. de promontorio, cui nomen Σειρηνίδαι, intellexerim. Promontorium autem Minervæ Σειρηνίδων ακρωτηριον a nonnullis appellari, testatur idem L. 5. p. 247. Συνεχής (legendum est, ut puto, συνεχές) δε εστι. Ή Πομπαῖς ίο Συραιον των Κεκτακων, ὅθεν προσειται ίο Αθηναιον; ο ίνες Σειρηνίδων ακρωτηριον καλεσι, si modo, quod ego quidem perfasissimum habeo, vera sit emendatio Casauboni, pro voce Πρηγνεσσον, cuius nominis nec vola nec vestigium apud antiquos appetet, Σειρηνίδων legentis, quando etiam apud STRABONEM L. 6. p. 252. pro. Της δε υῆσαι προσειται ίο ακρωτηριον ίασι Σειρηνίδαις, καὶ ποιου τον Ποσειδωνιατην κολπου, felicissime emendat: τ. δ. ν. πρ. τ. αὐτ. ίων Σειρηνίδων, το ποιου &c. Opinionem Eratosthenis sequi videtur DIONYS. Perieg. v. 360. 361.

Προς δε νοτον, μάλα πολλον ὑπερ Σειρηνίδα πετρην  
Φαίνονται προχοι πτυκεντινα Σιλαροι.

Quem locum minus reδe de Neapoli interpretatur Eustathius. Plinius quoque in promontorio Minervæ Sirenum sedem collocat H. N. L. III. C. 5. „Sur-rectum cum promontorio Minervæ Sirenum, quondam sede.“ Haud evidem ignoro, eruditissimum SALMASIUM in Exercit. Plin. p. 62. Edit. Paris. hunc Plinii locum ita legere et distingvere: „Surrentum, cum promontorio Minervæ, „Sirenum, quondam sedes.“ Sed illam, quam nos prætulimus, lectionem veram esse ostendit alius Plinii locus H. N. L. II. c. 88. „Namque et hoc modo insu-„las rerum natura fecit. Avellit Siciliam Italiam, Cyprum Syriæ, Eubœam Bœo-„tiae, Eubœam Atalantem et Macrin, Besbycum Bithyniæ, Leucosiam Sirenum pro-“montorio.“ Aristotelis verbo libro Περὶ Θανατῶν Αἰεσματῶν: Φασι ίας Σειρηνίδως υῆσαι κειδαι μεν εν ίη Ιταλιζ περι τον πορθμον επ' αυτης ίης ακρας ία προπεπτωνος τοπε, καὶ διαλαμβανοντος ίας κολπες, τον ίε πε-  
ριεχοντα

## Fragm. VII.

Ερατοθενης δε<sup>38)</sup> Ἡσιόδου μεν ακαλαι πεπυσμενου  
περι της Οδυσσεως πλανης, διτι κατος Σικελιου και  
Ιταλιαν γεγενηται, πιευσαντα τη δοξη, μη μονον των  
νφ Ουηρε λεγομενων μεμνηθαι, αλλα και Αιτυης,  
και Ορτυγιας τα προς Συρακουσαις ησια, και Τυροι-  
νων<sup>39)</sup>. Ουηρου δε μητε αδεναι ταυτα, μητε β8-  
λεθαι εν γυωριμοις τοποις ποιαι την πλανην.

Ultima tamen horum verborum paulo post emollire velle videtur, ubi  
dicit: <sup>40)</sup>

## Fragm. VIII:

Τηπολαβοι τις αι του ποιητην β8λεθαι μεν εν Τοις  
προσεσπεριοις τοποις την πλανην τω Οδυσσαι ποιαι.  
αποσηναι δ απο των υποκαμενων, τα μεν εκ ακριβως  
πεπυσμενου, τα δε 8δε προελομενου δτως, αλλ

B. 3. επι

μιεχοντα την Κυνην, και τον διειληφοτα την καλεμενην Ποσειδωνιαν· εν φ  
και νεως αυτων ιδρυται, και τιμωνται και θυερβολην υπο των περιοιων Θυ-  
σιας επιμελως, feliciter quidein, cum antea corruptissima essent, emendavit, sed  
fensus minus recte perspexit magnus ille SALMASIUS l. c.; putat enim vir do-  
ctissimus, Aristotelem eadem plane cum Eratosthenē sensisse, et promontorium  
Minerva, Sirenas insulas, templumque Sirenum pro eadem re habuisse. De-  
ceperunt procul dubio virum summum verba illa: επ' αυτης της αηρας Ια προ-  
πεπτωτος τοπ8, qvæ hic „prope ipsam verticem loci procurrentis“ reddi de-  
bent. Hunc Aristotelis locum exscripsit etiam STEPH. BYZANT. v. Σειρηνεσσαι.

38) Exstat hoc fragmentum Eratosthenis apud STRABONEM L. I. p. 23.

39) Forsan in opere illo, cui titulus Γης Περιοδος, cuius meminit STRABO L.  
VII. p. 302.

40) Vid. STRABO L. I. p. 26.

επι το δαινοτερου και το τερατωδεσερου εκαστα εξ-  
αγειν. <sup>41)</sup>

Hinc in Oceano Atlantico sedem fabularum suarum Homerum posuisse existimavit, id qvod tum inde colligo, quod Polybius <sup>42)</sup>, adversus Eratosthenem disputans, τον εξωκενισμον refutare conetur, tum ex eo, qvod Apollodori <sup>43)</sup>, qvi plurima ex Eratosthene desumit, hæc sit sententia. His forsitan ad rationem της εξωκενισμος reddendam subjunxit Eratosthenes verba illa, qvæ præter meritum a Strabone <sup>44)</sup> reprehenduntur;

*Fragm. IX.*

Τα πορρω τερατολογισθαι μαλλον δια το ευκατα-  
ψευδουν.

Qui, Eratostheni contraria sentientes, circa Siciliam et Italiam errores Ulyssis contigisse putabant, duplicum <sup>45)</sup> potissimum ingredi solebant viam. Alii omnia ab Homero narrata, qvoad minimas etiam circumstantias,

41) Qvæ vero subiungit ipse STRABO: Τητο μεν αυτο εν το δ' εχαριν τητεπιοντε, κακως δεξαμενος· & γαρ φλυαρισ, αλλ' αφελεις χαριν, hæc insq; quam decantatum illud respicunt Eratosthenis dictum: ὅτι ποιητης πας σοχαζεται φυκηγωνας & διδασκαλιας, quod forsitan hic speciatim de Homero predicitavit.

42) Vid. STRABO L. I. pag. 25.

43) STRABO L. 7. p. 299. Επιτεινει δε (sc. δ Απολοδωρος) και τοις περι Σικελιαν την πλαινην λεγει και Ομηρον την Οδυσσειαν. ει γαρ αν, χρηματηρι μεν πλαινην ειαι γεγονειαν φιλοπειν· τον δε ποιητην εξωκενισμενη μυθολογιας χαριν.

44) L. I. p. 26. 'Ωσε δικαστην εσιν ύπερχειν λογον και περι Ιετες, και διοτι Φησι τα πορρω τερατολογισθαι μαλλον δια το ευκαταψευδουν.

45) Vid. STRABO L. I. p. 21. 22.

stantias, veritati historicæ perfecte congruere: alii moderatores, veritatem quidem historicam in singulis subesse, sed multa tamen ab ipso poeta affecta fuisse purabant. Priorem sententiam, e qua tot sequuntur absurdia, ut vix refutationem seriam mereri possit, prolixe confutavit Eratosthenes, posteriori vero duo illa, qvibus tertium et quartum inter hæc fragmenta locum concessimus, opposuit effata<sup>46</sup>). Referendum etiam ad hanc de erroribus Ulyssis disputationem dictum illud Eratosthenis, qvod e Polybio nobis retulit Strabo<sup>47</sup>):

*Fragm.*

46) STRABO L. I. p. 22. Ο Ερατοθένης δε προς αμφοτερος Ιας αποφασίσας απηγνυμέν εκ εν, προς μεν την δευτεραν, διτι πειραταὶ διάβατλαι τα Φανερωού Φευδη, παρ εξ αξια λογχ, δια μακρων· προς δε την προτεραν, ποιητην τε ἀπαντα αποφρυνα Φλυαρον, παρ μητε τοπων ερπειριν μητε τεχνων προς αρετην ποιητε συντεινειν νομισας. Huc pertinent verba ejusdem L. I. p. 27. Επι δε, επει κα παντα μιθενεσαν, αλλα πλεια προσμιθενεσαν, παρ μαλιεν Ομηρος, Σητων (Ιε. ἐκαστος) τι δι παλαιοι προσμιθενεσαν, ε ζητει, ε τα προσμιθενεσαν υπηρξεν, η ειω\* αλλα παρ μαλιον, δις προσμιθενεται τοποις η προσωποις, περι εκεινων Σητει τ' αληθες διον την Οδυσσεωταλανην, ει γεγονει περι Quibus contrarium fere sensum tribuit Xylander, ita vertens: „Præterea, cum non omnia singant poeta, sed plurima affingant, Homerus imprimis: quæsirens Eratosthenes, qvasham antiqui fabulas addiderint, non querit, utrum sƿriora fuerint sinte; sed in iis magis exquirit veritatem, quæ ille locis personis sƿe affingit, ut utrum Ulysses vagatus sit, et ubinam locorum“ cum sic potius essent interpretanda: „Præterea, cum non omnia singant poeta, sed plurima affingant, Homerus imprimis: unusquisque, qui, quid affinxerint antiqui, quærat, non de iis, quæ affecta esse sua sponte patet, querere debet, utrum revera antea existiterit, vel adhuc existant, sed potius de locis vel personis illis, qvibz talia affinguntur, veritatem investigare, ut utrum Ulysses vagatus sit, et subuinam locorum.“ Eratosthenem nimurum his verbis reprehendit, qui in refutatione sententiaz, omni prorsus veri specie defititate, justo maiorem posuerat operam. Versionem Xylandri Eratostheni talia tribuere, qva plaeatis ejus e dissertatione prolatas, atente perlegere.

47) L. I. p. 24. Et hinc Eustathius ad Odysse. K. v. 19. p. 1645. l. 63. Edit. Rom. Ερατοθένης μεντοι, Φασι, παιδων προς τα του μυθον, παρ το απιθανον Ιας Οδυσσεως πλανης, τοτε αν εύρει τινα, λεγει, τα πεπλανηται Οδυσσευς, οτι αν εὑρηται του σκυτεα του συρραψυντα του των αγεμων ασκον.

## Fragm. X.

Τοτ' αν ένρειν τινα, περ Οδυσσευς πεπλανηται,  
όταν ένρη τον σκυτεα τον συρραψαντα τον των ανε-  
μων ασκον.

Præjudicata huic sua de Homeri in rebus geographicis imperitia opinioni  
firmiter adhærens, ad eam stabiliendam argumenta vel levissima undeqva-  
que colligere conatus est. Cum igitur dicat poeta, Boream et Zephy-  
rum e Thracia spirare, protinus inde concludit, non satis illi notos fuisse  
limites et situm Thracie. Hoc nobis indicat Strabo <sup>48)</sup>:

## Fragm. XI.

Κανταυθα δ' αποντος εν τα Ποιητας <sup>49)</sup>.

Βορεις και Ζεφυρος, τω τε Θρηιηθεν αιγαον,  
επι εν δεξαμενος ὁ αυτος (Eratosthenes) συκοφανται,  
ως καθολικ λεγοντος, διτι ὁ Ζεφυρος εη Θραικης πνα.

Et paullo post:

Ουκ, inquit; ενοησε τετο Ερατοθενης, ύπενοησε  
δ' ὅμις· αυτος γνι εξηγαται την επιζροφην, ην λεγω,  
της χωρας <sup>50)</sup> ως καβολης <sup>51)</sup> γν δεχεται, ατ' απα-  
ριαν αιτιαται τα ποιητας, ως τα Ζεφυρος μεν απο της  
έσπερας πνεοντος, και της Ιβηριας, της δε Θραικης  
επισε μη διαταινεσσης.

Sic

48) L. 1. p. 28.

49) Ιωα. I. v. 5.

50) Formam innuit συγματιδη, quam Thracie tribuebant veteres.

51) Quasi generatim, nullo ad certas quasdam regiones respectu habito, hoc dixerit  
poeta.

Sic Nili quoque et nomen et ostia Homerum ignorasse contendit, quia  
nullam eorum fecit mentionem.

Fragm. XII.

Επιμενων<sup>12)</sup> δε τοις περι Όμηρος ψευδως ὑπόληφ-  
θεισι καὶ ταῦτα φησιν (sc. Ερατοθενῆς), διτι 8δε τὰ τε  
Νειλὸς δοματά οὐδὲ πλεῖσι οὐτα, 8δ' αὐτο τένουμι. Ήσι-  
οδος δε οἰδε, μεμνήσαι γαρ.

Eadem quoque quoad Scytha argumentandi ratione utitur.

Fragm. XIII.

Σκυθῶν μεν γαρ, inquit Strabo, <sup>13)</sup> μη μεμνήσαι  
κατ' αγγοισιν Φασι <sup>14)</sup> (sc. δι Απολλοδώρος καὶ Ερατοθε-  
νῆς) μηδὲ τῆς περι ταξιδενύσι αμοτητος αυτῶν, καὶ <sup>15)</sup>  
θνουτῶν, καὶ σαριοφαγευντῶν, καὶ τοις κραυγοις εκ-  
πωμασι χρωμενῶν, δι τές ΑΞενος ανομαλετο δ πουτος  
πλαττεν δαγκαυς τινας ιππημολγυς <sup>16)</sup>, Γαλαπτο-  
Φαγγας, Αβιας τε δικαιοτατης αυθρωπης, της 8δαιμ  
γης οντας.

Hesiodo

52) Verba sunt STRABONIS L. I. p. 29.

53) L. 7. p. 300.

54) Φησι legunt codd. nonnulli.

55) Codd. nonnulli καταθυσιαν habent.

56) Όμηρ. Ημεδ. N. v. 5. 6.

Μυσων τ' αγχεμαχων καὶ αγανων ιππημολγων,  
Γλαυτοφαγων, αβιων τε, δικαιοτατων αυθρωπων.

C

Hesodo majorem de Scythis cognitionem tribuisse videtur; huc enim, nif fallor, pertinet versus ille Hesiodi, quem ab Eratosthenè prolatum esse testatur Strabo<sup>37)</sup>:

## Fragm. XIV.

**Αιθιοπας τε Λιγυσι<sup>38)</sup> δε, Σκυθας ἵππημολγες.**

Valde

37) L. 7. p. 300. Ὄτι γαρ ὁ τοτε τεττας ἵππημολγες εικαλεν, οὐδὲ Ἡσιόδος παρτυς εν ίοις ὑπ' Ερατοθενες παρατεβεσιν επετιν.

**Αιθιοπας τε Λιγυσι δε, Σκυθας ἵππημολγες.**

38) Mendosum esse hunc versum, facile appetat. Heinlius *Λιγυσι* legere jubet, Clericus autem ita potius emendandum putat:

**Αιθιοπας Λιβυας τ'ηδε Σκυθας ἵππημολγες.**

Emendationem Heinssi, ut ad ductum literarum, ita etiam ad verum, propius accedere credo, cum exqvisita adeo sit haec lectio, ut, eam librariis tantum deberi, vix sibi perfideat aliquis. Quatuor enim mundi plagas, mea quidem opinione, describere hoc loco voluit Hesiodus, quas quoniam describere soliti fuerint Graecorum antiquissimi, docet nos STRABO L. 1. p. 33. Φημι γαρ πέτται την των αρχαιων Τεθηνων δοξαν, ὡσπερ τα προς βορραν μερη τα γνωριμα διν ονοματι Σκυθας εικαλεν η Νομαδας, ως Ουμηρος· ὡσεροι δε, ουτ των προς ὡσπεραν γνωσθεντων, Κελτοι, ουτ Ιβηρες, η συμμικτας Κελτιβηρες, ουτ Κελτοσινθας, προσγορενοιτο, ιφ' έν ονομα των ισθμιασαεθνων Ιαττομενων δια την αγνοιαν· έτω τα μεσημβρινα παντα, Αιθιοπιαν ιαλεισθαι, τα προς Ωκεανω. p. 34 Μηνυει δε ουτ Εφορος την παλαιαν περι της Αιθιοπιας δοξαν, ος Φημι εν τω περι της Ευρωπης λογω, των περι των κρανων ουτ την γην τοτων εις τεσσαρα μερη διχοριμενων, το προς του Απηλιωτην Ινδας εχειν· προς νοτον δε, Αιθιοπας· προς δυσιν δε Κελτικες· προς βορραν εισεμον, Σκυθας. Eadem, ex Ephoro, nif fallor, quem inter autores, quorum fidem fecutus sit, v. 115, recenset, tradit etiam SCYMNUS CHIUS v. 169 - 173.

Την μεν γαρ εντος ανατολων πασαν σχεδον  
Οικουσιν Ινδοι· την δε προς μεσημβριαν  
Αιθιοπες εγγυς κειμνοι της νοτικη πνοης.

Tou

Valde dubius autem sum, nec pro certo affirmare ausim, num e libris Eratosthenis geographicis, an vero ex alio quodam illius scripto desumta sint ea, qvæ jam seqvuntur, verba: <sup>59)</sup> οὐδὲ ποτε ἀνθεῖναι τὰ διατάσ-

C 2. Λίγυες πόπος (1<sup>o</sup> Fragm.)

Τον απὸ ζεφύρου Κέλτον δε μεχρὶ δυσμῶν τοποῦ  
Θερινῶν εχεσθεντὸν δε πρὸς βορραν Σκύθαν.

Ostendunt testimonia jam allata, occidentales regiones nomine Κέλτων, Ιβηρων et Κελτιβηρων designatas suisse. At enimvero Λίγυες et Κελτολίγυες iidem sunt cum Iberis et Celtiberis; tenerunt enim Λίγυες ante adventum Celtarum non illam solum, quam post, in Italia Liguriam, sed totam quoque Gallię et ei Hispanie oram maritimam, unde paullatim a Celtis expulsi sunt. Hinc Aristoteles libro Περὶ Θαυμασιῶν Ανεστάτων: Εἰ τῆς Ιταλίας Φασιν ἡνὸς τῆς Κελτικῆς παν Κελτολίγυων παν Ιβηρων ειναι τινὰ δόνιν Ήρακλείαν καλεσμένην. STRABO L. 4. p. 203. Τάντευθεν δὲ ηδη μεχρὶ Μασταλίχα, παν μήρον προσωτέρω, το ταν Σαλινων εθνος οικα τας Αλπεις τας ύπερηφίανεας, παν Ιτινας της αντης παραλίας, αναμιξ τοις Ελλησι. Καλεσθεν δε τας Σαλινων δι μεν παλαιοι των Έλληνων Λίγυας, παν την χωραν, ην εχεσθεν δι Μασταλιώτας, Λίγυειςην δὲ θέσερον Κελτολίγυων ονομαζεσθεν. Vid. qua dixit summum illud academie nostre decus, quo fauore superbia, et sublimi serio sidera vertice, incomparabilis ΗΕΝΙΟΣ ΆΙΓΑΙΟΝ. Weith. Th. 3. S. 978. Convenientissimum igitur erit ab Hesiodo, poeta antiquissimo, in descriptione plague occidentalibus Λίγυων fieri mentionem, et ita sorte ab ipsius manu profectus fuerit hic versus:

Αιδιότες Λίγυες τε, Σκύθας θ' ἵππημολγοι  
qvem, ut eo melius contextui orationis sua quadraret, in easu obliquo adduxit Eratosthenes.

59) Schol. Min. ad Iliad. E. v. 422. Επει τοι παν Αλαλκομενῆς Αθηνη παρ τοις εν λογιζομενοις απο της ενεργειας, η απαλληστα τῷ ιδιῳ μενει τες εναντινες ε γηρ πειθομεθα τοις νεωτεροις, οι Φασιν, απο Αλαλκομενευ τινας ειργαθεις οιδ' αις Ερκτοθενης παρηκκενεν Ουηρε ειπον Θεος, Ερμιας ακκητας δι απο Αιανησιας ορες, αθηνας δι μηδενος πακινη μεταδοτικος, επει παν δοτηρ εκαι, Eadem Eratosthenis verba respicere videtur Schol. ad Odysse. Ω. v. 10. Αιανητας Ειναι μεν, αμετοχος πακινων εει γηρ δι θεος δοτηρ εκαι. Ειναι απο Αιανησιας ορες εν Αιρανδιᾳ δοκει γηρ δι θεος Αιρας ειναι. Si certo fatis fundamento niteretur, quod tradit CΛΑΒΑΥΘΟΝΟΣ (Annotatt. ad Strabon. L 7. p.

## Fragm. XV.

**Ἐρμείας ακαηπτα<sup>60)</sup>** ὁ απὸ Ακαηπτίας ὥρες.  
In tota hac disputatione non solum Homerum, sed etiam antiquissimos  
quosque<sup>61)</sup> eodem notavit obelo, utpote quos navigationis, et hinc  
etiam geographiae minus peritos esse affirmavit.

## Fragm.

p. 299.) cum in finem derivationem hanc ab Eratostheni prolatam esse, ut no-  
vum inde Homericę ignorantia περὶ τὰ γεωγραφικά petere posset argumen-  
tum, nullus dubitarem, verba haec e libris geographicis Eratosthenis petita fuisse.  
At vero e verbis Scholiaſtæ nihil tale exculpere quis poslit, (lechio enim Ακα-  
ηπτα, quæ Casaubonum decepisse videtur, mendola ei) quin potius, si quidem  
autolectæ a scholiaſte citata sint, ipsa orationis forma clamare videatur, e com-  
mentario qvodam Eratosthenis grammatico, qvorum, teste Suida v. Ερατοθενῆς,  
plurimos scriptis, defuncta fuisse. Accedit, qvod in reliquo fragmentis Homero  
non rerum Græcarum, sed tantum τῶν πορρω objiciatur ignorantia. Sed pro  
Casaubono tamen facit, qvod Apollodorus, qvī ex Eratostheni plurima defumisit,  
hoc Homero objecisse videatur, ut e loco qvodam Strabonis colligo L. 7. p. 299.  
Αἴλιος δ' αὐτικαὶ (sc. δ' Απόλλοδωρος) Φευσαθεῖ περὶ Γερρηνῶν, καὶ τὰ  
Ακαηπτίας, παῖ Δῆμος εν Ιθαγε, Πειλεθρονίας δ' εν Πηγαῖ, Γλαυκωπίας δ' εν Αθηναῖς.  
Immo forsitan suspicione cūquā inīscere possent verba illa Strabonis, qvae in-  
fra not. 61. adducuntur, Eratosthenem errorum etiam, in geographia Græcæ  
commissorum, reuni egiſse Homerum. Cum igitur adeo incerta sit res, totam  
lectorum arbitrio relingo, nec aliquid certi determinare audeo. Quod si vero  
Eratosthenes, montem Ακαηπτοῦ nullibi existere crediderit, et hinc, deriva-  
tione sua nixus, ignorantiam Homero tribuerit, ipse sine dubio erravit; com-  
memoratur enim hic mons non sū Suida solum v. Ακαηπτοῦ ονομα ὥρες, sed  
etiam a Pausania L. 8. p. 514. Edit. Wachel. Αὐτοθεν δὲ εἰς ερεπτικά αἱλλα  
τὰ Δασεῶν ἐπτὰ εἰσὶ σαδιοὶ. τοστοῖς (F. τοστοῖ) δὲ εἰς Δασεῶν πρὸς τὸν  
Ακαηπτοῦ ονομαζόμενον λόφον· ύπο τοτῷ δὲ τῷ λόφῳ πολὺ τῷ Ακαηπτοῦ,  
Ἐρμια τε Ακαηπτοῦ λίθῳ πεποιημένον αχιλλα παῖς εἰς ἡμέας εἰσι, επὶ τῷ λόφῳ.  
Τραχύτην δὲ Ερμην παιδα αὐτοῖ, καὶ Ακαηπτοῦ τοῦ Λυκαονοῦ γενεθλαῖ δί τρα-  
φει, Αρισθῶν εἰν εἰς αὐτον λογος,

60) Ita Mercurium appellat Homerus Ηλιαδ, Π. v. 185. Οδυσσ. Ω, v. 10.

61) Apertum hoc est, tum ex illis, quæ Fragm. II. dixit Eratosthenes, tum e  
STRABONIS L. 7. p. 300. Προτερον δ' ὅτι την επιχειρησιν ὑπενωνταν τοις  
προ-

## Fragm. XVI.

Ειπων<sup>62)</sup> τε (sc. δέ Ερατοθενης), τας αρχαιοτάτες πλειν καὶ κατὰ λησειαν η εμποριαν, μη πελαγιζειν δε, αλλα παρα γην, καθαπέρ του Ιασονα, δύπερ καὶ μεχρι της Αρμενιας καὶ Μηδιας εκ των Κολχων σρατευσαι<sup>63)</sup>), ύζερον Φησι, το παλαιον 8τε τον Ευξεινου θαρρειν τινα πλειν· 8τε παρα Λιβυην καὶ Συριαν καὶ Κιλικιαν.

C 3

Finita

προτεθεσι πεποιησται· πρόθεντο μεν γαρ (sc. δέ Αποδοθρος καὶ Ερατοθενης) διδαχαι, ὅτι των πορρω της Εὐλαβος πλειν η αγνοια τοις πρεσβυτεροις, η τοις νεωτεροις· εδειξιν δε τάγαντια· καὶ ε τα πορρω μονον, αλλα καὶ τα εν αυτῃ τη Εὐλαβοι. Quando de antiquis hic loquitur Eratosthenes, solos, ut puto, Gracos intelligit, et, licet generatim quidem omnes, qui Alexandri M. tempora, forsan tamen praecipue illos, qui Hesiodum antecesserunt, quod quis haud injuria exinde suspicari posse videretur, quod ab illa, quam Homero tribuit, ignorantia Hesiodum plerunque vindicet, qui proinde, ni fallor, ex ipsius opinione Homero fuit junior.

62) Sic loquitur STRABO L. I. p. 48.

63) Hanc Jasonis in Mediam et Armeniam expeditionem variis locis commemorat STRABO L. I. p. 45. Καὶ εσιν ὑπομνηματα της αμφιν (Phrixi et Jasonis) σρατειας, το Φρίξιον, το εν τοις μεθοροις της τε Κολχίδος καὶ της Ιβηρίας· καὶ τα Ιασονεια πολλαχος καὶ της Αράνιας καὶ της Μηδειας (F. Μηδιας), καὶ των πλησιοχωρων αυταις τοτων δεινυται. L. II. p. 498. Το μεν γαρ παλαιον ὄστρη επιφανειαν εχε η χωρα ἀντη (Colchis), δηλωσι ἐ μυθοι, την Ιασονος σρατειαν ανιπτομενοι, προελθοντος μεχρι καὶ της Μηδειας L. II. p. 503. Λεγεται δ' Ιασονα μετα Αρμενια τη Θετταλε, κατα του πλειν, τον επι τες Κολχες, δρυησαι μεχρι της Κασπιας θαλασσης, καὶ την τε Ιβηριαν, καὶ την Αλβανιαν επελθειν, καὶ ποδα της Αρμενιας καὶ Μηδιας· οις μαρτυρει τα τε Ιασονεια καὶ αλλα ὑπομνηματα. Idem, de Medis loquens L. II. p. 526. Τινες δε, inquit, Μηδειν καταδειξα την εδητα ταυτην φασι, δυναεινεσσαν τοις τοτοις καθαπέρ Ιασονα, καὶ επικρυπτομενην την

Finita prolixa hac de Homero traditione, suam geographiæ historiam prosecutus est Eratosthenes, et, si Straboni<sup>64)</sup> creditus, primi, qvorum post Homerum mentionem fecit, Anaximander fuerunt et Hecataeus Milesius:

## Fragm. XVII.

Φανεροι δε καη δι επικοινωθησαντες αυτω (Homero) ανδρες αξιολογοι καη οικειοι φιλοσοφιας· ών τας πρωτας μεθ' Ομηρου, δυο Φησιν Ερατοθενης, Αναξιμανδροι<sup>65)</sup> τε, Θαλης γεγονοτα γνωσιμον, καη πολιτην, καη Εκαταιου του Μιλησιου<sup>66)</sup>· του μεν 8ν εκδονται πρω-

του

την οψιν, δτε αντι τι βροιλεως εξιοι· τι μεν Ιατονος ύπομνηματα εναντι τα Ιατονεια Ήρωια, τιμωρεια σφοδρα ύπο των βερβερων· εσι δε καη ορος μεγα ύπερ των Καστιων πυλων εν αριστερᾳ, παλαιμενον Ιατονειον· της δε Μηδειας την εφητα, ιαη τάνονα της χωρας· λεγεται δε καη Μηδος ίος αυτης διαδεξαθαι την αρχην, ιαη την χωραν επανυμον ἀντις παταλιπειν. Ομολογει δε τηνοις, ιαη τα πατα την Αρμενιαν Ιατονια, ιαη το της χωρας ονομα, ιαη απλα πλειον, περι ών εριεμεν. Et de Armenia differens L. II. p. 531. Την δε Ιατονος, nit, ερατειαν ιαη τα Ιατονια μαρτυρει· ών τινα οι δυναται πατεσ- πεκταν παρατησιως· ώσπερ του εν Αβδηραις νεων τι Ιατονος Παρμενιων. Vid, etiam JUSTINUS L. 42. c. 3.

64) L. I. p. 7. Huc etiam spectant, quae dixit L. I. p. 1. Οι τε γαρ πρωτοι θαρροσαντες αυτης (geographiæ) ἀφεδη, τοιετο τινες (philosophi) ὑπηρέται. Όμηρος τε ιαη Αναξιμανδρος ο Μιλησιος, ιαη Εκαταιος ὁ πολιτης αυτης, ιαθως ιαη Ερατοθενης Φησι.

65) Anaximander, Thaleius discipulus, natus est Miletii Olymp. XLII, 2. Vid, de eo ejusque inventis SUID. v. Αναξιμανδρος, DIOG. LAERTIUS L. I. e. 2. AGATHEMER. L. I. c. 1. STRABO L. 14. p. 635. PLIN. H. N. L. 2. c. 8. 76. 79. L. 7. c. 56. Menag. ad Laeritium l. c. SALMAS. Exercit. Plin. p. 622. 632 - 657. 736. 823. Edit. Paris.

66) Suidas v. Τικταιος, et Anonymus in Ολυμπιαδων Αναχρυση Ηεκαταιον Olymp. LXVIa floruisse tradunt. Adcant, qui cum propius cognoscere cupiunt, Voss.

τον<sup>67)</sup> γεωγραφικον πινακα· τον δε Ἐπαταιον παταλιπειν γραμμα, πισμενον<sup>68)</sup> εκεινειν ειναι ει της αληγις αυτει γραφης.

Deinde de magna illa, qvæ ab expeditione Alexandri M. ad geographia studium redundant, utilitate differuit, id qvod demonstrant verba Strabonis<sup>69)</sup>:

*Fragm. XVIII.*

Ειπων δε και αυτος (Eratosthenes), δποσον προβηι τα της οικουμενης εις γνωσιν τοις μετ' Αλεξανδρου, και καιτ' αυτον ηδη, μεταβεβηκεν επι του περι τε σχηματος ηδη λογου.

Denique suam quoque ipsius vitam, vel illam saltem vita partem, quam Athenis transegit, enarrasse videtur, quam conjecturam fragmento sequenti superstruo:

*Fragm.*

Voss. de Histor. Gr. L. 1. c. 1. p. 7. L. 4. c. 3. p. 439 - 441. FABRIC.  
Bibl. Gr. L. 2. c. 22 n. 8. et SALMAS. Exercit. Plin. p. 845. 846.

67) DIOG. LAERTIUS L. 2. c. 1. de Anaximandro: γης, inquit, και θαλασσης περιμετρον πρωτος εγραψεν. AGATHEM. L. 1. c. 1. Αναξιμανδρος δο Μιλησιος, απειτης Θαλεων, πρωτος εποιησης την οικουμενην ει πινακι γραψαι. Μετ' ον Ἐπαταιος δο Μιλησιος, ανηρ πολυπλακης, διημοριθωσεν, οπε θαυμαθησετο πρεγμα. SUID. v. Αναξιμανδρος. ---- εγραψε περι Φυσεως, γης περισσον, περι των απλακων, και σφαιραν, και αιδη τινα.

68) Codd. nonnulli πισενομενον habent. Periegesin Hecataei procul dubio respiciunt hæc verba, de qua, num Hecataei Mileshii, an vero alterius ejusdem nominis, opus esset, a nonnullis olim dubitatum fuisse, nobis refert ATHENÆUS L. 2. c. 28. Επαταιος δο Μιλησιος ει Ασικη περιηγησει, ει γητους τε συγγραφεως το βιβλιον. (Καθηματικος γαρ αυτο αναγραφει ησιωτες.) οσις εν δο ποιησας, λεγει έτω.

69) L. 1. p. 48. Idem L. 1. p. 14. Και γαρ οη, ait, πολυν τι τοις νυν ή Ιων Ρωμαιων επιπρατει, και των Παρθωνιων, της Ιουαντης ειπειριας προσδεθων. καθιπτερ τοις μετα την Αλεξανδρειαν, ως Φησιν Ερατοθενης.

## Fragm. XIX.

ΟΥΤΕ ΕΠΙ ΤΟΣΤΟΥ, ait Strabo, <sup>70)</sup> πΙΣΩΣ (sc. εξιν ὁ Ερατοθενῆς), εφ' ὅσου παρεδεῖσαντο τινες, καὶ περ πλεισοις εντυχών, ὡς εἰρηκεν αὐτος, αγαθοῖς ανδρασιν. Εγενοντο γαρ, Φησιν δὲ Ερατοθενῆς, ὡς 8δεποτε, κατατύπου του καιρου ὑφ' ἐνα περιβολον καὶ μικρον πολιν <sup>71)</sup> δι κατ' Αριστωνα <sup>72)</sup> καὶ Αριστιλαου <sup>73)</sup> ανθησαντες φιλοσοφοι. - - - - - Απελλης τε <sup>74)</sup>, pergit Strabo,

70) L. I. p. 15.

71) Athenas intelligit, ut optime monuit ad h. l. Casaubonus.

72) Eratostenem in sequentibus acriter perstringit Strabo, quod, nulla Zenonis facta mentione, Aristonem tantum aliosque, qui a Zenone dissenserunt, commitemore. Sufficient autem, ut credo, ad defendendum Eratostenem, quæ dixit jamdudum Casaubonus.


73) Arcesilaus hic, academie mediae princeps, e Pitane Aëolidis urbe oriundus, floriuit circa Olymp. CXXnam, ut tradit ex Apollodoro Laertius in vita Arcesilai, ubi consule, si placet, Menagium.

74) Obscurum admodum est, quis fuerit hic Apelles, suspicor tamen, illum fuisse patria Chium, Arcesilaos συγχρονος, philosophia sceptica placuisse addicimus; nihil enim obstat video, quo minus ad hunc referantur verba PLUTARCHI lib. de discrim. adulat. et amici: Τοιοτος Αριστολος περι τε τα αλλα, καὶ ισογνωτος Απελλας τε Χια την πενικη πατημασιν, επανηλθεν μεν αυθις εχων ειποι δραχμας, καὶ πιθασ πλησιον, ενταυθα μεν, ειπεν, κδεν, η ταξιμεποιηκες εοικεια ταυτι.

Πυρ καὶ ώδωρ καὶ γινα καὶ αιθερος ηπιον υψος.

αλλ' εδε πατημεισαι σι δεξιως. ἀρχ δε δικηνιαν το προσινφαλιον αυτα, λαβων ωπεβαλε το περικλινον. οις εν ή δικηνια πρεβυτης ένερε, καὶ θαυμασσοτα, τῷ Απελλῃ προσηγγειλε, γελασας ειπενος, Αριστιλακ, ειπε, τετι τοκλεμα, et Laertii in vita Pyrrhonis: Άλλα καὶ Ζευξις δὲ Αινειδημης γνωριμος εν τῳ περι διττων λογων, καὶ Αυτιοχος δὲ Λαοδικες, καὶ Απελλας εν τῃ Αγριππᾳ, τιθεστι τα Φαινομενα μονα. εξιν εν πατημασι κατα της σκεπτικης το Φαινο-

μενον,



Strabo, αυτῷ (Eratostheni) πολὺς εἰς ταῖς Βιων ἡ<sup>τ</sup>), ὃν  
φησι πρώτου αὐθινα περιβάλειν φιλοσοφίαν <sup>75</sup>).

Forsan etiam hac occasione quædam ad historiam Athenarum pertinentia  
obiter attigit, qvod si ita sit, huc referri poterit fragmentum illud, qvod  
anonymo autori vita Arati <sup>76</sup>) debemus:

*Fragm.*

μενον, ὡς οὐκ Αινεσιδημος Φησιν. Memorat etiam Laertius in vita Chrysippi,  
Chrysippum scripsisse Περὶ αἱφιβόλιων πρὸς Αποδλῶν, δ', et Λυσιν τῶν  
Ἡδυῶν ὑποθετικῶν, πρὸς Αρισοκρέοντα οὐκ Αποδλῶν, ε'. Num idem  
fuerit hic Αποδλός cum nostro Apelle, determinare haud ausim. Diversi au-  
tem fuerunt, ut puto, ab illo, cuius meminit Eratosthenes, tam Apellas Cyre-  
næus, cuius mentionem fecit Marciān. Heracleota p. 63. nec non Clemens Ale-  
xandr. in Protreptico, qui illum Δελφίνα scripsisse testatur, et forsitan etiam Α-  
thenæus, a quo L. IX. citatur Αποδλας εν τῷ περὶ τῶν εν Πελοποννησῷ πολεων,  
quam Epicurus ille, quem memorat Plutarchus lib. 'Οτισδε γρην εσιν ηδεως ητ  
Ἐπιπλεγον. Vid. de variis Apellis Menag. ad Laertium L. 7. Segm. 193. et  
FABRIC. Bibl. Gr. L. 3. c. 27.

75) Borysheniten intelligit, quem inter academicos numerat Laertius in vita Bio-  
nis, ubi vide sis Menagium.

76) Editiones Strabonis θείαν τινα περιβάλειν σοφικύν habent, quem locum e La-  
ertio emendandum esse perspicxit dñdum sagacissimus Casaubonus in notis ad La-  
ert. L. 4. Segm. 52. et in notis ad hunc Strabonis locum addit, se postea didi-  
cisse, codd. etiam consensu firmari conjecturam, quorum plerique αὐτινα ha-  
buerint, unus disterte αὐθινα. Quid sibi velit hoc Eratosthenis dictum, decla-  
rat Laertius l. c., ubi: δια δε εν, inquit, το παντι ειδει λογις περιστεραι, Φροτ  
λεγειν επ' αυτε τον Ερατοσθενην, ὡς πρώτος Βιων την φιλοσοφίαν αὐθινα  
ενεδυσεγ.

77) Exstat hæc Arati vita in Uranologio Petavii p. 269. Verba huius anonymi  
scriptoris, prout a Scaligero in Animadv. ad Eusebii Chron. p. 29. felicissime  
emendata sunt, ita se habent: Καὶ πάλιν Αθηναὶ μὲν εἰσι τῷ Αττικῷ, εἰσι  
δε οὐκ τῇ Ευβοίᾳ Αθηναὶ Διαδεξ, ὧν μεμνηταὶ εν Γλαυκῷ Ποντιῷ Αἰχυλος.  
Κέπειτ Αθηναὶ Διαδεξ παρεπεραν,

Αὐτὸς αὐτο των εν τῷ Αττικῷ οἱ πολιταὶ, Αθηναῖοι<sup>\*</sup> απὸ δε των εν Ευβοίᾳ Αθη-  
ναῖοι. Forsan, qvod hac occasione quasi in transitu monere mihi licet, versus  
D. Aeschyll

## Fragm. XX.

Απο των εν τη Αττικη (sc. Αθηνών) δι πολιταί Αθηναίοις από δε των εν Ευβοίᾳ<sup>78)</sup> Αθηναῖται λεγονται.

Æschylus citatus immediate subjunctus fuit duobus illis versibus, quos ex eodem dramate nobis servavit STRABO L. 10. p. 447. hac ratione:

Ευβοΐδα καππηρι αμφὶ Κηφαια Διος  
Αιγαῖ, πατ' αυτὸν τοιμον αἴλια Διχα,  
Κέπτειτ' Αθηναῖς Διαδας παρεπιπερων.

78) Urbs, cui nomen Athenæ, in Eubœa sita, meminerunt preter Æschylum Steph. Byz. v. Αθηναὶ - - - - ἐπτη, Ευβοίας, Δικυτας ιτισμα, ὡς ΕΦΟΡΟΣ τριτη<sup>9</sup> Αθηναῖς δε γιγνονται παιδες, Αλιων, πατη Δικη, πατη Αρεθεων. ως διην Δικη, ιτισις πολιν, ἔτως απο της πατριδος ανομασεν, δι πολιτης Αθηναῖς, πατη Αθηναῖος. τας δ' Αθηναῖς πατη Διαδας λεγεθαι. Idem v. Διαδας Θεσσαλιας, Αιγαια ιτισμα. β', Θρακης, κατα του Αθω. γ, Ευβοίας, - - - - το εθνικον Διευς, πατη το θηλυκον Διας, οθεν πατη Διαδας Αθηναῖς. Idem v. Διον<sup>9</sup> πολις Ευβοίας, περι το Κηφαιον, Ομηρος.

Κηρυκον τὸ εφάλον, Δια τὸ απο πτολεμερον.

- - - το ιτητικον, Δικηος<sup>9</sup> πατη το θηλυκον Διας, ως δηλεσιν αύγε προ των πατη Διαδας Αθηναῖς παλαιμενη<sup>9</sup> δι πολιται, Αθηναῖται. Euseb. in Chron. Κενηροφ Αθηναῖς τας πατη Διαδας εν Ευβοϊκ επιστεν, qui locus, judice Berkelio ad Steph. Byz. v. Αθηναὶ, si minima mutatione emendari poterit: Κενηροφ Αθηναῖς, Διας πατη Διαδας εν Ευβοϊκ επιστεν. STRABO L. 10. p. 446. Εσι δε τῷ Ωρεῳ τητω το τε Κηφαιον πλησιον, πατη επ' αυτῷ το Διον, πατη Αθηναῖς πατη Διαδας, ιτισμος Αθηναῖον, υπεριειμενον τε επι Κανονον (Κανον Ιεγεδον ρυτα Palmerius) πορθμε. Vid. etiam EUSTATHI. ad Iliad. B. v. 538. p. 280. Edit. Rom. Urbs igitur illa, cui nomen Athenæ Diades, sita fuit in Cenæo Eubœa promontorio prope Dium urbem. Colonia fuit Atheniensium, et, si Ephoro creditur, a Diante Abantis filio condita. Cognomen vero Διαδαι habuit non a Diante, tunc enim foret Διαντιδαι, nec a promontorio Dio, hoc enim valde suspectum est, cum sola Ptolemei nitatur autoritate, sed ab urbe proxime adjacente, quæ, modo Δια, modo Διον, vocabatur. Vid. Scaliger l. c.

01 A 6638

ULB Halle

002 935 503

3







DIATRIBE IN FRAGMENTA  
GEOGRAPHICORVM  
ERA TOSTHENIS

CVIVS PARTICVLAM PRIMAM  
AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM  
ORDINIS

AD  
DOCTORIS PHILOSOPHIAE ET ARTIVM  
LIBERALIVM MAGISTRI DIGNITATEM

OBTINENDAM

PVBICE

DIE 31 MARTII CIO CC LXX.

DEFENDET

LAVRENTIVS ANCHER

HAFNIA - DANUS

DECANVS COMMVNITATIS REGIAE HAFNIENSIS,

GOETTINGAE

LITERIS IOANNIS ALBERTI BARMEIERI.